

20 g. dabis.

einzelne verzeihet
23. IV. 1915

~~P. III. 2.~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
V7-20.
SIGNAT. CI^oICCCXIII.



4.
107
Q. D. B. V.
DISSERTATIO THEOLOGICA INAUGURALIS

Ad
Cap. I. i. Joh. Epist. v. 7.

Quam,
Jussu Summè Reverendæ Facultatis Theologicæ
in Illustri Academia Salana,
SUB PRÆSIDIO

D N. FRIDEMANNI
BECHMANNI,

SS. THEOL. DOCTORIS EJUSDEMQUE PRO-
FESSORIS PUBLICI, ET HOC TEMPORE FACUL-
TATIS SUÆ DECANI,

Dn. Patroni atque Fautoris sui atatem devenerandi

PRO LICENTIA

Honores in SS. Theologia consequendi

DOCTORALES

Horis ante- & pomeridianis

publicæ Eruditorum ventilationi exponit

M. CASPAR CHRISTOPHORUS


DAUDERSTADIUS,

DRESDENSIS MISNICUS, PASTOR ET SUPERIN-
TENDENS ECCARTIMONTANUS.

Ad d. Maji Anno cId Idc LXXIV.

JENÆ,

Typis SAMUELIS KREBSII,



DISPUTATIONIS INAUGURALIS
P R O D R O M U S.



LGregia sanè & ponderosa est Apostoli
Tarsensis sententia: *Non me judicavi quicquam* 1. Cor. II. 2.
scire inter vos, nisi JESUM CHRISTUM,
& hunc crucifixum: quæ verba Flacio Illyrico
(a) ita explicanda esse videntur: *Non decrevi* (a.) Matth.
quicquam scire, i. e. tanquam si prorsus omni alia Flac. Illyr.
in N. T. p.
m. 757. b.
scientiâ carerem, nolui ostentare vel variam lectionem, vel anti-
quitatis cognitionem, vel artium liberalium totiusque Philosophiæ
scientiam, vel curiosam & operosam styli præstantiam, qualia solent
ostentare, qui volunt videri docti, sed tantum quàm simplicissimè
& clarissimè CHRISTUM ejusque beneficia vobis annunciavi,
& illum unicum DEI agnum vobis digito monstravi. Idem innuit
succincta paraphrasis Chrysoptomi (b.) in h. l. Non enim ve- (b.) Chry-
sopt. Comm.
in epist. ad
Cor. p. 258.
ni Syllogismorum captiones, non sophismata, non aliud quiddam
hujusmodi vobis adferens, præter CHRISTUM crucifixum.
Et certè hæc JESU CHRISTI crucifixi scientia est o-
ptima, imò omnium scientiarum scientia utilissima est &
solatio plenissima, adeò ut Augustinus in manual. fateatur,
se in omnibus adversitatibus non invenisse tam efficax remedium
quàm hanc ipsam CHRISTI crucifixi scientiam, & vulnerum
ejus recordationem. Repræsentatur in hac scientiâ Tragœ-
dia quædam lamentosa: theatrum amplissimum: Acade-
mia quædam cœlestis, in qua Christiani per omnem vitam
satis ad discendum inveniunt. Hic supernalis illa Philoso-
phia, ex qua artem amandi CHRISTUM & patiendi cum
CHRISTO discimus: Hic Jurisprudencia Christiana, jus
civile & feudale civium & hæredum CHRISTI docens: Hic

A 2

ani-

O

animarum Medicina in vulneribus & sanguine CHRISTI: Hic Astrologia, in qua motus amoris divini apprehenditur: Hic sacro-sanctæ Theologiæ & fidei objectum primum cernitur. Repræsentatur in hac scientiâ verum templum cathedrale, in quo sacrificium N.T. pro pecc. nostris oblatum est: Ecce enim hic compendium omnium sacrificiorum: Ipse JESUS CHRISTUS crucifixus agnus est propter innocentiam; ovis propter mansuetudinem; aries propter ducatum gregis Christiani; vacca ruffa ob effusionem sanguinis sui extra Jerusalem; Hircus διποπομπῶν propter satisfactionem. Quisnam igitur de χειρογνωσία ista cum Paulo non exclamare velit: *Non me judicavi quicquam scire inter vos, nisi JESUM CHRISTUM eumque crucifixum.* Et hæc est causa primaria, quamobrem de hac scientiâ ex dicto illo classico 1. Joh. I. 7. consensu Summè Reverend. & Ampliss. Facultatis Theologiæ, in medium aliquid proferre decreverim. Monet id non solum exemplum supra laudati Apostoli, sed & amor meus in JESUM crucifixum quotidianâ cohortatione animum meum incitat. Absque igitur verborum ambagibus ad contemplationem laudati dicti nunc accingor, illud καθύναμιν quàm brevissimè pertractaturus. Ut verò certa methodo procedam, exercitationem hanc in duo dispescam membra; quorum I. erit αἰαλικόν, textum imprimis originalem resolvens; II. πολεμικόν in se continens certas quasdam controversias.

Faxit PATRIS SAPIENTIA, VERITAS DIVINA SALVATOR noster, ut feliciter omnia succedant, & singula, quæ prolaturus sum, ὑποτυπώσῃ ὑγιαίνόντων λόγων ex amussim respondeant.

MEMBRUM I. ANALYTICUM.

§. I.

Dictum ipsum quod attinet, ordior ab ejusdem αἰαλύσῃ. Sit ergò

1. *Textus originalis.*

Τὸ αἷμα Ἰησοῦ χριστοῦ τὸ ἕν ἂν καὶ καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀμαρτίας.

2. *Ver-*

2. Versio Vulgata.

Sanguis JESU CHRISTI Filii ejus emundat nos ab omni peccato.

3. Versio Tremellii.

Sanguis JESU CHRISTI Filii ejus purificat nos ab omni peccato.

4. Versio B. Lutheri.

Das Blut JESU CHRISTI Seines Sohns machet uns rein von aller Sünde.

§. 2. Hisce præmissis ἀνάλωσι ipsam aggredior, & licet verba textus aliter disponi possent, ut talis resultaret enunciatio: JESUS CHRISTUS DEI Filius sanguine suo emundat nos ab omni peccato, sumo tamen verba, prout jacent, & erit subjectum, sanguis JESU CHRISTI Filii ejus.

§. 3. Vox prima est αἷμα, & sumitur vel propriè vel impropriè. Propriè significat sanguinem, qui juxta Philosophum (c) naturâ suâ humidus & calidus est, ultimumque sanguineis animalibus alimentum. Generatur autem juxta Galenicos ex partibus chyli temperatioribus per ἀίμα-
τοποίησι in hepate; juxta recentiores v. qui circulationem sanguinis demonstrant, ex chylo pervenas lacteas ex intestinis deducto, in corde, annotante Micrælio (d.) Hic vitæ thesaurus tantis gaudet privilegiis, ut privatio ejus privationem alterius jure divino gignat. Quicumque enim effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius.

(c.) Aristot.
de Part. A-
nim. lib. II.
c 3 p. m. 1121.

(d.) Micræl.
in Lexic.
Philos. p. m.
980.
Gen. IX. 6.

§. 4. Impropriè autem sanguis significat interdum semen humanum, per quod hominum propagatio fit, quò referri solet illud Apostoli: Fecit ex uno sanguine omne genus hominum &c. Interdum ipsum hominem, juxta illud: tradidi sanguinem innoxium, i. e. hominem innoxium: interdum pro cæde accipitur, quò referri solet locus: si fuisset in diebus Patrum nostrorum, non fuisset socii eorum in sanguine i. e. cæde Prophetarum: interdum notat reatum ex sanguine injustè fusò contractum, quò refertur illud Psalmi: ῥύσαι με ἐξ αἱμάτων, libera me à sanguinibus i. e. reatu cædis Uriæ &c. & Act. V. 27. vultis inducere super nos τὸ αἷμα sanguinem istius hominis i. e. vultis nos

Act. XVII.
26.
Matth.
XXVII. 4.
Matth.
XXIII. 30.

Ps. LI. 16.

onere reatu & culpâ occisi JESU: nonnunquam notat
 tum reatum ex sanguine effusô, tum pœnas reatum consequentes,
 juxta illud: *Sanguis ejus super nos & super filios nostros.* Sumi-
 tur & metaphoricè pro eô, quod rubedine sanguineum co-
 lorem refert, qua ratione vino tribuitur. Plura de his vid.
 apud Flacium (e.) & B. Glassium (f.) Verùm hæ impropria
 acceptiones in nostrô locô non inveniunt locum, sicut nec
 illa, quæ Clem. Alexandrino tribuitur, quasi sanguis CHRIS-
 TI h. l. idem sit ac doctrina CHRISTI. Propria enim vocis
 significatio ubi obtinet, sine necessitate ad impropriam de-
 scenditur.

Matth.
XXVII. 25.
Gen. XLIX.
11.
(e) Flac. in
clab. Script.
Voc. sanguis
(f.) Glass. in
Reth. S. tr.
2. c. 3. & c.
11. 12. 17.

§. 5. Genuina itaque & propria sanguinis significatio
 h. l. retinenda, quod nimirum nihil aliud, quam humorem il-
 lum notum & supra allegatum denotet, quem JESUS CHRISTUS
 ut verus homo in sanctissimô corpore habuit & tempore
 circumcisionis, præcipuè verò acerbissimæ passionis profu-
 dit, & istoc sanguine effusô perfectissimè pro peccatis gene-
 ris humani satisfecit. Hinc sanguinis mentione perfectissima
 CHRISTI pro peccatis satisfactio indicatur, inquit B. Glassius

(g.) Glass. (g.)
Phil. Sac.
lib. V. tract.
I. c. 10. p. m.
230. & c. 17
m. 2. p. 464.

§. 6. Quod autem non nudi hominis sanguinem Apo-
 stolus intelligat, verba indicant sequentia, dum vocatur
sanguis JESU CHRISTI filii ejus. Sacro sanctum hoc no-
 men JESUS quod attinet, à Judæis scribi dicitur יֵשׁוּעַ, quod
 nonnullis fieri videtur ex odio singulari, quasi idem sit, ac
 יְמוֹס חַמַּי deletur nomen ejus: cui tamen alii opponunt,
 quod etiam conversi judæi, qui Christum pro Salvatore a-
 gnoscunt, scribunt יֵשׁוּעַ, absque ׁ quibus verosimilius id
 fieri videtur ex quâdam Judæorum consuetudine, nomen

(h.) Iren.
lib. II. c. 41.
(i.) Gerh.
L. de pers. &
Off. Christ.
c. 1. s. 7.
(k.) Drus.
Miscell. sacr.
cent. I. c. 44.

JESUS exprimere volentium literis respondentibus nomi-
 ni יְהוֹשֻׁעַ. Ad hanc scriptionem יֵשׁוּעַ videtur respexisse Ire-
 næus (h.) cum ait: *JESUS nomen secundum propriam Ebræo-
 rum linguam literarum est duarum & dimidia, cujus etymolo-
 giæ ratio B. Gerh. (i.) latere videtur in abdito & occulto,
 cui tamen videri vult Drusius (k.) lucem aliquam concilia-
 se, ubi per duas litteras intelligendas esse putat ׁ & ׁ per dimi-*

dimidiam verò ¹, quippe cujus character est, ut vix ad me-
dium aliarum literarum attingat, ut si cum illis conferatur,
pro dimidia literâ, jure haberi possit. Multi non infelici-
ter luserunt in literis Latinis nec non German. dicentes, ve-
nerabile nomen JESUS idem esse quod: *In Eo Solo venit Sa-
lus.* In Einen Steht Unser Seeligkeit/ sed lusus modò fuit in-
geniorum jucundus. Fuerunt qui putârunt nomen JESU
esse Græcum ab *ἰατρός* sano, curo, ut ita *ἰησῦς* sit quasi *ἰατρος*
Medicus, juxta Basilium & Cyrillum. Verùm voc. JESUS
origine est Ebræum non verò Græcum, ubi tamen inter il-
los quoque, qui pro Ebræo illud agnoscunt, sententiarum
diversitas est. Osiander Reuchlinus & alii cùm viderent
nomen JESU Ebræum esse, deduxerunt illud à nomine DEI
essentialem יהוה ¹ facilem putantes lectionem, si modo ²
inferatur, unde & Osiander & cum eò alii dixerunt, nomen
παραγρηγοματων יהוה ¹ antea ineffabile, in nomine JESU
factum esse effabile. Verùm יהוה ¹ ut omnibus tribus perso-
nis Deitatis competit; ita nomen JESU secundæ tantum
impositum est. Deinde litteræ sunt planè diversæ, Jehova
enim scribitur יהוה JESUS vero his 4. ישוע. Adde
quod nomen יהוה ¹ pertineat ad essentiam & Christo so-
lummodò competat secundum divinam naturam; nomen JE-
SU autem persone & officii complectens Christum *Ἰησοῦς*
Plura hac de re habentur apud B. Dn. Chemnitium (l.) B.
Dn. Gerhardum (m.) Brochmannum (n.) Cundisium (o.)
&c.

§. 7. Omnium rectissimè JESUS Ebr. ישוע esse dicitur
ab Ebr. עשע ¹ quod in conjugatione Hiphil est יהושע ² salva-
vit, opitulatus est, quod & Angelus statim explicat: vocabis no-
men ejus JESUM i. e. Salvatorem, ipse enim salvum faciet po-
pulum suum à peccatis. Et sic quoad rem JESUS ישוע ¹ idem
notat quod יהושע ². Etsi enim Petrus Galatinus (p.) con-
tendit esse discrimen & ישוע ¹ notare Servatorem vel Salva-
torem, qui propriâ virtute & per se salvaturus sit: יהושע ²
autem idem esse, quod Dominus servabit, illisque tribu-
tum esse, qui sua virtute salvare non potuerunt, vix tamen
unde ³.

(l.) Chemn.

Harm Eb-

ang. lib. 7.

c. 9. p. 114.

(m.) Gerh.

Tom. 1. L.

de Pers. & off

C. c. 1. §. 6.

p. m. 113.

seqq. (n.)

Brochm. loc

de Serv. J.

C. c. 1. sect.

3. q. 1. p. m.

846.

(o.) Cundis.

in not. ad

com Hutt.

loc. de C. p.

m. 149.

M. 1. 21.

(p.) Petrus.

Galat. lib. 3.

de arc. Ca-

thol. verit.

c. 20.

unde hæc diversa significatio probe tur, apud ipsum reperitur.

- §. 8. Nomen JESUS itaque propriissimè tribuitur Domino & Salvatori nostro JESU Christo. Est enim JESUS noster καὶ ἕξοχὸν: *Salvator unicus: Salvator catholicus: Salvator absolutus*: & ut verbis Galatini (q.) utar: Hoc nomen JESU totum nostræ salutis processum, principium scilicet, medium ac finem sufficienter continet. Imò nomen JESU in se continet εἰρησὶν κακῶν & θεσὶν τῶν ἀγαθῶν; continet omnia beneficia privata & positiva, ut non solum sit Servator, sed & Salvator, ut loquitur Summè Rev. & Magnificus Dn. D. Job. Olearius (r.) Patronus atque in CHRISTO Parens meus æternùm venerandus. JESUS est ἀρχηγὸς καὶ τελειωτὴς τῆς πίστεως, adeoque verè **ישׁוּע** in significatione activâ: cui non obstat, quod Christus dicitur etiam **ישׁוּע** salvatus: quia enim passione & morte suâ nos redimere voluit, & in miseræ nostræ abyssum se demisit, ideò ipsum prius salvari oportuit, ut salvatus ipse etiam nos salvare posset, ait B. Glassius (s.) & ante eum B. Gerhardus (t.)
- §. 9. Sequitur cognomen **χριστός**, quod signif. *unctum à χρίω*, quod est *ungo*, cui respondet nomen Ebræum **משיח** à rad. **משח** *unxit*, & ita hæc tria, *Messias, CHRISTUS, unctus*, in lingg. Ebr. Græca & Latina idem significant, de quo Augustinus (u.) prolixius evolvendus. Ungebantur in V. T. etiam *Sacerdotes*, ceu constat ex Exod. XXX. 30, *Reges*, quod patet ex Historiâ Saulis, Davidis, Salomonis: & *Prophetæ*, ceu clarum est ex Historiâ Elisæ, qui omnes **משׁיח** uncti dicebantur, & typi erant CHRISTI unici nostri Sacerdotis, Regis & Prophetæ, à quibus etiam nomen Messie vel uncti translatum est ad antitypum, Servatorem nostrum, qui tanquam Rex Regum, Sacerdos summus, summusque Prophetæ per Reges, Sacerdotes & Prophetas in V. T. unctos adumbratus & præfiguratus fuit.
- §. 10. Notandum tamen, quod inter CHRISTI unctionem, & unctionem Regum, Sacerdotum & Prophetarum in V. T. magnum sit discrimen. Nam (i) in V. T. ungebantur

AE. IV. 12.

1. Job. II. 1.

2.

(q.) Galat.

1. c.

(r.) Olear.

in Man.

Theol. ar-

tic. 59. tit. 3.

p. m. 894.

Ebr. XII. 7.

Zach. IX. 9.

(s.) Glass.

Phil. S. 1. 1.

tr. 1.

(t.) Gerb.

L. de. P. &

Off. C. c. 1.

q. 4.

(u.) Augu-

stin. Tract.

7. in Joh.

1. Reg. XIX.

16.

bantur Reges, Sacerdotes & Prophetæ oleo externo in hunc usum præparato: Christus verò non externo oleo, sed ipso Spiritu S. unctus est, ceu patet ex Actor. X. 38. ubi dicitur DEUM unxisse JESUM Nazarenum *Spiritu suo & virtute*, quo respicit ipse Messias, quando ait: *Spiritus Domini est super me*, *Pf. LXI. 1.* eò quod unxit Jehovah me ad evangelizandum &c. non obscure innuens, quònam sit unctus, nempe ipsò Spiritu Domini. (2.) Reges, Sacerdotes & Prophetæ in V. T. uncti fuerunt per homines, sicut Saul & David uncti sunt à Samuele; CHRISTUS verò unctus est immediatè ab ipsò DEO, quod significatur: *unxit te, ò DEUS, DEUS oleò gaudii præ consortibus tuis.* (3.) Reges, Sacerdotes & Prophetæ in V. T. ungebantur in ætate jam adultâ, oleò exterius affusò: alia verò ratio ungenti fuit in CHRISTO, quippe qui unctus est Spiritu S. in uterò maternò, quando verbum caro factum est, quæ unctio quoad rem nihil aliud est, quàm divinæ naturæ cum humanâ personalis unio, per quam factum est, ut tota plenitudo Deitatis in ipsò habitet corporaliter, ac proinde opus non sit duplici, quam nonnulli statuunt, unctioe. (4.) Denique Prophetæ, Reges ac Sacerdotes V. T. ungebantur ad terrenum aliquod officium, CHRISTUS autem ad cœleste & Spirituale. *Pf. XLV. 8.*

§. II. Habet igitur nomen *χρῆστος* respectum ad triplex CHRISTI officium, *Propheticum* nimirum, *Sacerdotale* & *Regium*. Unctus enim est ad munus Propheticum, ut doceret de essentiâ, voluntate divinâ, vitâ æternâ & omnibus, quæ homini salvando creditu & factu necessaria sunt, & hoc vel *immediatè* vel *mediatè*. Unctus est ad Sacerdotale officium, quò functus est pro nobis *satisfaciendo* ut & *intercedendo* generatim pro omnibus hominibus, speciatim pro Electis ac fidelibus, quæ duæ intercessionis species non sunt sibi invicem opponendæ. Tertiò unctus est etiam ad regnum, quod triplex est, *potentiæ, gratiæ & gloriæ*.

§. 12. Iste autem JESUS CHRISTUS vocatur ab Apostolo *ὁ ὢν ἀρχὴ*, scil. *Θεὸς*, quæ verba Emserus, annotante Schmidio

B

Schmidio

(x) Schmid
in N. T. p.
m. 1391. a.

Pf. 11. 7.
Mich 6. 2.
Job. 1. 14
Rom. II. 32
Ebr. I. 3.
Jac. I. 23.

Schmidio (x) omisit, an data opera, an culpâ typhothetarum, incertum. Nos interim meritò retinemus, & per Filium ejus, nempe DEI intelligimus non Filium (1.) adoptivum, quia non est persona extranea, quales sunt Electi; non creatum, quales sunt Angeli; sed ab aeternò ex essentia Patris genitum, de quo Psaltes: *Filius meus es tu, ego hodie genui te: Filium, cujus egressus est ab initio à diebus aeternitatis: Filium, qui vocatur non ὁμοϋϋης sed ὁμοϋϋης, & ἰδιϋς: ἀπὸ ἀρχαίου τὸ δόξης καὶ χάριτος τὸ ὑποστάσεως αὐτοῦ.* neque enim est Imago evanesceus, qualis à Jacobo describitur, sed permanens DEI Patris in omnia secula. Sed (2.) Filius naturalis aeterni Patris est, genitus de substantia Patris, sicuti in naturalibus, filii hominum substantiam Patris repræsantant, quamvis discrimen sit, quod filii hominum eandem specie cum Patre essentiam habent: Filius DEI autem eandem numerò. (3.) Nec etiam est imago qualitatatum in DEO, quia nec qualitates in DEO sunt: Nec tantum actionibus aut sermonibus suis refert virtutes DEI, sed est ipsa sapientia Dei. Conf. Bald. comment. in Epist. Ebr.

(2) Socin in
b. epistolam
p. 20.

§. 13. Prædicatum quod attinet, illud absolvunt verba sequentia: *καθαρίσει ἡμᾶς ἀπὸ πάντων ἀμαρτιῶν.* i. e. emundat nos ab omni peccato. Ubi in frontispicio habetur vox *καθαρίσει* i. e. emundat, purgat. Ubi quibusdam probabile videtur, Johannem usum esse hâc voce propter Ebionitas, qui sicut in tenebris ambulabant; ita crebris lotionibus se à peccatis suis mundari credebant, mysterium redemptionis Christi non agnoscentes, quemadmodum & cæteri judaizantes, juxta quos sensus horum verborum erit, lotionibus Ebionitarum rem non confici, nec hominem coram DEO mundari, sed unice sanguini CHRISTI hanc virtutem convenire.

1. Sam.
XXV. 41.
Num. II. 9.
7. 2. Reg. V.
14. Matth.
XV. 2.
Marc. VII.
4. Matth.
XXVII. 24.

§. 14. Significat autem *καθαρίσει* lotionem sive emundationem non naturalem: non pedagogicam: non symbolicam: non hypocriticam & supersticiosam: non Pseudo-politicam; sed spirituales, consistentem in remissione peccatorum, quæ nihil est aliud, quàm non imputatio peccati & reatus, cujus gratia Salvator sanguinem effudit copiosissimum, ita ut satisfecerit justitiæ divinæ, expiaverit peccata omnia & singula, & nos irato judici reconciliaverit.

§. 15. Pro.

§. 15. Probè verò hîc distingui volumus inter ipsam sanguinis Christi *effusionem* & inter ejus applicationem. Pro omnibus quidem hominibus, tam reprobis quàm electis effusus est CHRISTI sanguis, ipsisque per eum peccatorum remissio acquisita est: ut autem effusus hic sanguis actu & re ipsâ purificet à peccatis, & homo intuitu hujus effusi sanguinis re ipsâ peccatorum suorum remissionem à DEO consequatur, requiritur, ut verâ fide effusum hunc sanguinem sibi applicet. Placuit enim DEO hoc quasi pactum cum hominibus inire, ut per sanguinem Christi effusum purgarentur à peccatis, eorumque remissionem consequerentur, si tamen effusum illum cruorem verâ fide exciperent sibi que applicarent: quod ipsum voluerunt etiam antiqui Ecclesiæ Doctores, quando dixerunt, sanguinem Christi effusum esse pro omnibus quantum ad *sufficienciam*, non verò quantum ad *efficaciam*, nihil enim aliud voluerunt significare, quàm Christum sanguine suo effusum omnibus sufficienter acquisivisse peccatorum remissionem & salutem, non autem omnes sanguinem Christi sibi per fidem applicare, nec virtute ejus à peccatis mundari. Rejicimus tamen hanc distinctionem sensu Calvinianorum, qui *sanguinem Christi pro omnibus effusum esse quoad sufficienciam*, ita explicant, quòd sanguis Christi effusus satis preciosus & sufficiens futurus fuisset omnibus, si voluisset Pater, ut pro omnibus fundere, reapse tamen negant, eum pro omnibus effusum, aut per eum omnibus peccatorum remissionem acquisitam esse, quod tanquam heterodoxum repudiamus.

§. 16. De cætero si emphasin verbi *καθαρῶς* accuratius contemplantur, non sine causâ loquitur Johannes in *presenti*, sed simul indicat *actum continuum, indubitatum & perpetuum*.

Quemadmodum enim, inquit Magnif. Dn. Olearius (y), dico: (y) Olear. Aurum confortat: Helleborus purgat i.e. hæc est ejus natura & perpetua vis; ita est Christus agnus DEI, tollens peccatum *in Theol. exeg. p. m. 256.* omne, omnium & omnium temporum. Addo, ita sanguis JESU Christi Filii DEI emundat nos ab omni peccato, sive respicias *Ap. XIII. 8. Act. XV. 11. Ebr. XII. 8. 1 X. 12.* peccatum præteritum, sive præsens, sive futurum.

B 2

§. 17. Hæc

P

§. 17. Hæc cum ita sint, tamen non statuendum est, quod CHRISTUS per hanc emundationem peccatum radicitus tollat, ita ut non sit, sed ut non imputetur. Si enim dixerimus peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas non est in nobis, Rom. VII. 18 monet idem Apostolus in versic. seq. Quod & Paulus fatetur: Scio quod non habitat in me h. e. in carne mea bonum. Sicut enim justificatio describitur in Scripturis tanquam actus forensis, & DEUS dicitur hominem justificare non auferendo peccatum, sed non imputando illud: ita cum sanguis Christi mundare nos dicitur à peccato, & nos intuitu ejus dicimur justificari, sensus est intuitu ejus peccatum non imputari: quò ipsò tamen non negamus, vi & virtute sanguinis Christi sanctificari etiam hominem & renovari &c.

§. 18. Quod attinet pronomen *ἡμεῖς* Nos, illud non solum de *subjecto conjuncto* i. e. de iis, qui sibi sanguinem Christi per fidem applicant; sed etiam de *subjecto simplici*, cui factus & remissio peccatorum per Christi sanguinem acquisita est, intelligitur, & sic ad totum genus humanum referri potest, quod ipse Apostolus Johannes illustrat: *ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed pro totius mundi* (sc. peccatis); atque sic textus noster ad omnes omninò homines, cujuscunque sint nationis, ad Judæos, Græcos &c. (non verò ad Angelos) pertinet: non, inquam, ad Angelos. *Non enim Angelos adsumsit, sed semen Abrahe: ad homines verò, nam sicut humanam naturam Christus adsumsit; ita eandem redemit sanguine suo: ad omnes homines: pro quibuscunque enim mortuus est, illos etiam meritò sanguinis redemit. Atqui pro omnibus mortuus, qualescunque sint.* E. Hoc confirmat Paulus: *Unus* (sc. CHRISTUS) *pro omnibus mortuus est: semetipsum dedit pro omnibus.* Adde illud Esaiæ: *DEUS posuit super ipsum iniquitates omnium nostrorum.* Hinc etiam Joh. Bapt. *Ecce hic est agnus DEI, qui tollit peccata mundi non solum Electorum, sed & incredulorum.* Quod autem non omnes percipiunt hujus meriti fructum, mediorum neglectio atque infidelitas ipsorum in culpa est, qui enim non cre-

Marc. XVI.
16.

diderit, condemnabitur.

§. 19. Restat

§. 19. Restat in membro nostro ἀναλυτικῶν explicanda phrasīs ab omni peccato. In Græco est ἀμαρτία, quæ nihil aliud, ipso explicante Apostolo, est, quàm ἀνομία seu à lege aberratio. Aliàs ἀμαρτία dicitur aberratio à scopo, quò pertinet etiam Ebr. נִשְׁבָּת. Deinde nominatur וְשֵׁבִיּוֹת seu rebellio, ita ut peccatum nihil aliud sit, quàm privatio gloriæ divinæ & crimen læsæ majestatis divinæ, quamvis quidam נִשְׁבָּת tribuant pueritiam, ubi cognitio hominis adhuc imperfecta est: וְשֵׁבִיּוֹת verò homini, quando est ultra vigesimum annum, ubi scienter peccat. Dicitur etiam Ebr. יָוָד perversitas, iniquitas, naturalis & actualis.

§. 20. Comprehendit autem ἀμαρτία h. l. peccatum originale & actuale, voluntarium & involuntarium, omissionis & commissionis, & si quod aliud nominari potest peccatum: nullum enim in universum tollitur, nisi per sanguinem, meritum & passionem Christi. Benè ad h. l. Beda: Sacramentum Dominicæ passionis & præterita nobis omnia in Baptismo pariter peccata laxavit, & quicquid quotidianâ fragilitate post Baptisma commisimus, ejusdem nostri Redemptoris nobis gratia dimittit, maxime cum inter opera lucis, quæ facimus, humiliter quotidie nostros illi errores confiteamur, cum sanguinis illius Sacramenta percipimus, cum dimittentes debitoribus nostris nostra nobis debita dimitti precamur, cum memores passionis illius libenter adversa quoque toleramus.

MEMBRUM II.

Πολεμικόν

Comprehendens in sese quasdam controversias.

Θέσις I.

Jesus, qui sanguine suo emundavit nos, est
verus MESSIAS.

§. I.

Hanc sententiam nostram orthodoxam facile damus probatam. Quoniam autem ante natum Christum hoc nomen aliis etiam impositum fuit, quod frustra negat Galatinus, patet h. l. non sermonem esse de typis sanctissimi hu-

B 3

jus

Gal. 1. 2. de
arc. Cath.
ser. c. 20.

jus JESU, nimirum de Josua Duce populi Israelitici, vel aliis; sed de ipso JESU Nazareno, totius generis humani Redemptore, Justificatore & Salvatore, is verus, promissus & in plenitudine temporis missus Messias est.

§. 2. Hanc sententiam imò & fidem nostram confirmamus inde, quòd, quæ in V. T. de Messia prædicta fuerunt, impleta sunt in JESU Nazareno. Sic apud Zach. per sanguinem Messiaë victi dicuntur liberandi ab inferno: hoc in JESU Nazareno impletum, hujus sanguis est, qui mundat homines à peccato, ut æternam damnationem effugiant. Messias describitur, ut Filius DEI, à DEO genitus: Jehova dixit mihi, *Filius meus es, ego hodiè genui te.* Hic verò est JESUS Nazar. Filius DEI $\mu\omicron\nu\omicron\upsilon\chi\eta\varsigma$, Filius DEI $\text{ἰδι}\text{ᾶ}\text{ῶ}$, quomodo eum etiam textus noster vocat. Messias ex Bethlehem egredi ratione humanæ generationis, adeoque verus homo esse debebat, cujus tamen egressiones à principio, à diebus seculi, id est, qui ante principium, ante dies seculi natus ex substantiâ Patris. Hoc impletum in JESU Nazar. videmus, sanguis ejus, cujus textus noster facit mentionem, & quem lubens propter hos effudit, indicat eum esse hominem, constat eundem Bethlehemi natum, hic quoque naturalis DEI Filius ex substantia Patris ab æterno procedens, *verbum*, quod caro factum est, quod in principio fuit, hujus divinitatis tot sunt testes, quot fecit miracula. Denique Messias describitur, quod nasci debeat de virgine, hoc impletum in Salvatore JESU Nazareno. vide B. Gerhardum (a) & prælaudatum Olearium. (β).

*Psal. II, 7.
Job. III, 16.
Rom. II, 32*

*Luc. II, 4. 7.
Job. I, 1. 14.*

Es. VII, 14

(a) Gerhard. L. de person. & off. Christi.

(β) Olear. man. Theol. art. 41. p. m. 657. seqq.

Αὐτῶν ἑστῆς.

§. 3. Impugnant impiè hanc sententiam Judæi in hodiernum usque diem, alium expectantes Messiam, quorum objectiones nonnullas hic expendere lubet. Pressi igitur Scripturarum dictis dicunt: (1.) impediri Prophetorum de Messiaë vaticiniorum impletionem peccatis populi Judaici: verum tantum abest, ut populi Judaici peccata tardarint aut adhuc tardent Messiaë adventum, ut potius æquè ac aliorum hominum ejus fuerint causa. Quid enim? an non peccata hominum

num

nūm adeo que & Judæorum causa fuerunt, ob quam Messias missus fuit? quomodo igitur id, quod suō modō causa fuit missionis Messia, potuit ejusdem adventum impedire? Neque etiam idoneo aliquō fundamentō probari potest, Judæis promissum fuisse Messia adventum sub conditione, si pœnitentiam agerent: quare non adparet, quomodo non impleta hæc conditio Messia adventum retardare potuerit. (2) objiciunt locum Esaiæ, ubi vaticinatur Propheta de temporibus Messia, fore ut omnes gentes ad domum Domini confluant, unamque fidem atque religionem amplectantur: quod sicut temporibus JESU Nazareni factum non est, cum multæ gentes nondum sint conversæ: ita colligunt JESUM Nazarenum non esse verum Messiam. Resp. Quod dicit Propheta de temporibus Messia, fore, ut omnes gentes confluant ad domum Domini, id de gentium conversione ad fidem Christianam est intelligendum, non quod omnes in individuo sint convertendæ, sed quod ex omnibus populis & nationibus venturi sint multi & ad Messiam convertendi. Quod autem voc. *לד* non obstet h.l. patet ex *2. Sam. XVI. 22. c. XVII. 14.* Unam verò temporibus Messia fidem fore ac religionem, non habent Judæi, unde probent. Sanè si verum est, quod vaticinatur Esaias fore ut Messias sit *lapis offensionis*, & *Ef. IIX, 14. multos super eō obstupuisse*, vix adparet, quomodo una omnium *c. LII, 14.* fides ac religio tempore Messia esse possit. (3.) Objiciunt Messiam *habiturum esse semen*, quod de JESU Naz. dici non potest, quare nec Messias venit, nec Jes. Naz. Messias erit. Resp. Mirum est, Judæos hîc provocare ad locū Es. quem alias de aliō quovis, quam de Messia explicare malunt. Quod autem dicitur Messiam semen habiturum, sciendum non intelligi semen vel liberos naturales, quasi more hominum consueto procreaturus sit filios & filias, sed semen spirituale, filios per verbum Evangelii genitos seu verè credentes, qui Messia in verâ fide serviunt. (4) obj. tempore Messia ubique fore pacem ac summam tranquillitatem, juxta illud Esaiæ: *conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces, non attollet gens una in alterum gladium &c.* At verò hæc non conveniunt temporibus JESU Nazar. Resp. aut de pace *temporali* aut de *spirituali* hæc verba

*Ef. II, 2.**Ef. IIX, 14.**c. LII, 14.**c. LIII, 11.**Pf. XXII, 31**Ef. II, 4.*

verba Prophetæ sunt accipienda. Si de temporali, dici posset, ea impleta esse eò tempore, quò JESUS Bethlehemi natus fuit, eò enim tempore, sub Augustò status admodum tranquillus fuit; sed satius est, de *pace spirituali* ea intelligere, ut sensus sit, tempore Messix pacem (*spiritualem*) fore constantissimam, quia autem pacis signum aliàs est conversio armorum in instrumenta rustica atque œconomica, quorum usus tempore pacis viget, ideò hâc locutione hîc utitur Scriptura. Est igitur h. l. metonymia adjuncti, & simul allegoria metaphorica. Plura qui vult, videat B. Lutherum (γ). Mull. Judaism. p. m. 500. seqq. Galatinum (ε).
 (γ) Luth. T. II X. Alzenb.
 (δ) Mull. Judaism. p. m. 500. seqq.
 (ε) Galat. de A. C. V.

II.

ΘΕΙΣ.

JESUS, qui & CHRISTUS, id est, unctus dicitur in nostro textu, unctus est secundum humanam naturam.

§. 1. Unctum esse Salvatorem nostrum ex superioribus liquidum est, & clarè innuitur Psal. XLV, 7. quæ verba ad Christum spectare, testis omni exceptione major est Autor Epist. ad Ebræos, ubi ait: *Ad Filium verò dixit: dilexisti justitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te DEUS, DEUS tuus oleò exultationis ultra consortes tuos.*
 Ebr. I, 9.

§. 2. Quod autem unctus sit Salvator non secundum divinam, sed humanam tantum naturam, facilè damus probatum. (1.) enim unctio Salvatoris nostri importat collationem donorum Spiritus S. ceu inter alia constat ex Act. Apost. ubi DEUS JESUM Nazar. unxisse dicitur Spiritu S. & virtute. At verò, sicut JESUM Nazar. secundum divinam naturam accepisse dona Spiritus S. dici non potest; ita nec apparet, quomodo secundum divinam naturam unctus dici queat. Contra sicut secundum solam humanitatem dona Spiritus S. accepit: ita secundum eandem tantum unctus est. (2.) Si unctio Salvatoris nostri facta est in tempore, sequitur quod facta sit tantum secundum humanam naturam.

ram. Anteced. est verum. E. & Conseq. Consequentia probatur, quia, quæ Christo in tempore sunt collata, secundum humanam naturam ei collata sunt. Anteced. probari solet ex Elaia: *prodibit virgula ex truncò succisò Isai, & surculus è radicibus Es. XI. 1. 2. ejus efflorescet, super quò quiescet Spiritus sapientia & intelligentia &c. & Dan. Septimana 70. divisæ sunt super populum tuum, adhibendam defectionem &c. & ad ungendum sanctum sanctorum &c.*

§ 3. Accedit consensus Doctorum Ecclesiæ, & quidem
 1. Hilarii (ζ), qui ita scribit: *unctus est Christus in eâ naturâ, quâ (ζ) Hilar. nos sumus participes. Unctus est autem cum privilegio.* 2. Ambrosii (η): *DEUS est, qui ungit, & DEUS, qui secundum carnem ungitur, Filius DEI.* 3. Augustini (θ): *Hoc nomen CHRISTI ex dispensatione misericordiæ susceptæ, humanitatis adsumtum est.* vide (η) Ambros. lib. I de Trin. (θ) August. Ep. 174. & Damascenum (ι), qui Cyrilli & Athanasii sententias citat. Si interrogas autem, quando hæc unctio facta sit. Resp. (ι) Damasc. lib. IV. orthodox. fid. non ante, sed in ipsa incarnatione. Nam quando est factus homo, nomen CHRISTUS inductum est, ait Damascenus. c. 6.

Αὐτῶς.

§ 4. Hanc thesin labefactare conati sunt quidam ex Calvinianis, ceu videre licet apud B. Hunn. *præfat. in Epist. ad Ephes. quæ simul est defensio libb. ejus de persona Christi contra Pezel. & Grab.* Hi igitur contenderunt, λόγον etiam juxta Deitatem ante incarnationem unctum esse, idque probare voluerunt seqq. (1.) Quod nomen CHRISTI sit nomen personæ, ideoque unctio non competat solum humanæ, sed etiam divinæ naturæ. Resp. concedendo quod CHRISTUS sit nomen personæ, neque humanam naturam extra unionem statuimus. Inde tamen non sequitur, unctio- nem, quæ personæ competit, competere ei quoad utramque, adeoque etiam secundum divinam naturam. Sic mortuum, passum esse etiam personæ competunt, nec tamen secundum divinam naturam. Obj. Grab. (2.) ungi interdum idem esse ac ad officium destinari, & probat ex illo Joh. *Quem Pater sanctificavit & misit in mundum.* Verum in his verbis non habetur vocab. ungenti. Aliud est, ad officium sanctificari, id est (Phrasi Ebr.)

Ebr.) segregari, aliud ad officium ungi. Prius ab æternô factum: posterius verò eô demum tempore, quô in mundum venit Messias. Sic Paulus segregatus fuit ad munus Apostolicum ex uterô matris, nec tamen illico unctus. vid. Hunn. l. p. m. 462. (x) Obj. (3.) quod Salvator etiam in V. T. vocatus fuerit Messias, ideoque illo tempore unctus secundum divinam naturam, quia humanam nondum adsumserat. Resp. factum hoc propter futuram unctionem, siquidem Prophetarum oracula de rebus futuris propter certitudinem rerum definitam sæpenumero præteritum tempus posuere. Obj. (4.) Si CHRISTUS tantum secundum hum. naturam unctus est, sequitur, Eum tantum secundum humanam naturam mediatoris officio fuisse functum. Resp. Neg. Conseq. Respondet ad hoc ipse B. Hunnius d. l. Tum sequi aliquid, si sola humanitas uncta diceretur, non vero persona. At vero dicitur, CHRISTUM (tanquam personam) secundum solam carnem esse unctum. Atque hæc persona functa est officio mediatoris, tum secundum humanam naturam, secundum quam uncta est, tum secundum divinam, secundum quam ei non opus fuit unctione. Obj. (5.) quod DEUS dicatur unctus. Sed Resp. N. C. DEUS etiam vel Filius DEI passus dicitur & mortuus, nec tamen secundum divinam naturam. Obj. (6.) Attamen legimus Israëlitas in deserto tentasse Christum: item DEUM Patrem nos elegisse in CHRISTO ante constitutionem mundi, ex quibus colligere licet etiam ante incarnationem & ita secundum divinam naturam CHRISTUM unctionem accepisse. R. cum Apostolus dicit CHRISTUM in desertô tentatum esse, loquitur de personâ, quæ tentata fuit, non autem dicit, quod in V. T. ante incarnationem fuerit uncta, aut quod secundum divinitatem uncta sit. Similiter cum Pater dicitur nos elegisse in Christo ante constitutionem mundi, persona significatur, cujus meritum prævisum DEUM Patrem movit ab æternô, ut nos eligeret: non autem dicitur, quod ante incarnationem aut quoad divinitatem uncta fuerit.

JESUS CHRISTUS est Filius DEI.

§. I. Cum JESUM CHRISTUM Filium DEI dicimus, intelligimus Filium ex essentia DEI Patris genitum, vel ita à Patre genitum, ut ejusdem numerò cum eò sit essentia. Ubi tamen non intelligimus generationem, prout ea in rebus naturalibus datur, & ab Aristot. (λ) describitur, quod per eam generetur id, quod non est, ut ita frustra cum veteribus Arianis Sociniani hic clamitent: omnem generationem esse mutationem à non esse ad esse: sed quatenus est origo viventis à principio vivente conjuncto secundum similitudinem in natura. Imprimis verò ab hoc locò abesse volumus portentosa illa Maldonati, qui ut de eo testatur Sixt. Amam. (μ) perruptis omnis pudoris clathris hæc chartis illevit: DEUM in æternâ generatione Filii fuisse quodammodo hermaphroditum, id est, virum & mulierem: quæ cogitationes ad orcum relegandæ: de generatione divinâ, quæ omnem captum nostrum transcendit, non ita blasphemè, sed reverenter loquendum.

§. 2. Probamus autem Θεός (I.) ex illo Psalmi: *Filius meus tu es, ego hodie genui te.* Hunc locum Autor Epist. Ebr. ad CHRISTUM refert, cum ait: *Cui dixit unquam Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Excipi solet à Socinianis, DEUM genuisse Filium suum, quando JESUM à mortuis excitatum & immortalitate donatum ad Regii Pontificiique muneris dignitatem perpetuam extulit. Sed Resp. Si DEUS Pater eò demum tempore genuit Filium, quo eum ex mortuis resuscitavit, eumque immortalitate donatum ad Regii & Pontificii muneris dignitatem extulit, sequitur eum fuisse Filium Patris ante generationem, quod est ineptum. Consequentia clara est. Nam Christus fuit Filius DEI Patris etiam ante resuscitationem ex mortuis & exaltationem, ceu patet ex Joh. III. 16.

§. 3. Addimus (2.) locum Michæ, ubi Messia (qui non
 Q₂ Mich. V. 1.
 alius

alius est, quam JES. Nazar.) egressiones i. e. mirabilissima & eminentissima generatio nempe divina, dicitur esse à principio & à diebus seculi, vel, si præfixum D reddatur per *ante*, ante principium, ante dies seculi. - Quid autem est, Messiam seu JESUM CHRISTUM genitum esse ante principium, ante dies seculi, quam eum ab æterno à DEO Patre esse genitum, adeoque æternum DEI Filium.

§. 4. Excipiunt: Mentionem d. l. fieri principii & dierum, quæ repugnant æternitati. Resp. voces principii & dierum non seorsim sunt spectandæ, sed tota phrasis consideranda: ante principium autem & ante dies seculi esse, quid aliud est, quam æternum esse?

§. 5. Ex N. T. pro nostra sententia producimus locum Joh. I. 14. & c. III. 16. 18. Ubi JESUS CHRISTUS vocatur Filius Dei unigenitus, & significatur 1. eum à Deo Patre esse genitum. 2. Præter eum nullum alium à Patre esse genitum. Excipi solet, Isaacum etiam dici *unigenitum*, nec tamen sentum esse, quod solus ab Abrahamo fuerit genitus, cum fratrem Ismaëlem habuerit. *Μονογενῆς* igitur i. e. unigenitum idem esse ac unice dilectum, ac reliquis fratribus præferri. Resp. Nulla nos cogit necessitas, ut, cum Isaac dicitur unigenitus, hanc vocem per unice dilectum explicemus, verè enim fuit unigenitus non *absolutè*, quasi nullus alius ab Abrahamo fuerit progenitus, sed *respectu conjugii* inter Abrahamum & Saram uxorem, in quò non alius præter Isaacum natus est Filius. Subjungimus hic loc. Rom. IIX. 32. ubi dicitur Christus *proprius Dei Filius*, quod quid aliud est, quam Christum esse ex propria substantia Patris genitum?

Αὐτῆς οὐσίας.

§. 6. Hanc doctrinam sicuti olim impugnarunt Ariani & Photiniani, ita eandem hodie quoque omni conatu oppugnant Sociniani, & solent plura objicere, ex quibus pauca considerabimus: (1.) Si Christus ex essentia Patris genitus adeoque naturalis Dei Filius est, sequitur quod genitus sit à se ipsò. Conseq. absurd. E. & Antec. Conseq. probatur, quia ex nostrâ sententia Pater & Filius ejusdem numero sunt es-

sen-

sentia. Resp. N. C. Etsi enim Pater & Filius in divinis eandem numero essentiam habent, non tamen sunt una numero persona: personæ autem est generare & generari: Sicut igitur Persona Christi distincta est à Personâ Patris: ita nullo modo sequitur, quod si genitus est ex essentia Patris, à se ipso genitus sit, quamvis hoc tanquam verissimum largiamur, quod per generationem eandem numero, quæ in Patre est, essentiam acceperit.

§. 7. Obj. (2) Si Christus est Filius DEI Patris ex essentiâ ejus genitus, sequetur vel in Filio vel in Patre aliqua mutatio. Nam vel Filius nondum perfectè genitus est, sed adhuc generatur & in æternum generabitur, quod Scripturæ S. & sanæ rationi repugnat: vel Pater eum desiit generare, & sic ex generante factus est non generans, & quidem ratione substantiæ suæ, ex qua dicitur generasse. Si prius, mutatio in Filio, si posterius, in Patre erit. & Nullam hic vel in Patre vel in Filio metuendam esse mutationem: Filius enim ab æternò perfectissimè est genitus, hoc tamen non obstante, in æternum generatur & à Patre procedit absque sui & Patris mutatione, quod repugnare sacris literis, falsum est. Ad rationem verò frustra hic provocant adversarii, quippe cujus captum longe superat & transcendit hoc mysterium.

§. 8. Obj. (3.) Si Christus est Filius Dei ex essentiâ Patris genitus, ab æternò non extitit, sed fuit tempus, quò nondum fuit. Omnis enim generatio est mutatio à non esse ad esse. Resp. supra monitum fuit, non intelligi h. l. generationem, qualis in rebus naturalibus dari solet, sed originem viventis à principio vivente conjuncto secundum rationem similitudinis in naturâ, quæ non requirit, ut id, quod gigni dicitur, prius non fuerit.

§. 9. Obj. (4.) Si Christus est Filius DEI ex substantiâ Patris genitus, necesse est, aut partem substantiæ Patris, aut totam ejus substantiam Filio esse communicatam: utrumque absurdum est: E. & Antec. Absurdum est, partem substantiæ Patris Filio esse communicatam, cum ob summam simplicitatem partes non habeat: absurdum est, totam substantiam

tiam Filio esse communicatam, cum hinc sequatur Filium esse Patrem, cui enim tota Patris substantia & ratio communicata est, ut in eô sit, eum ab eâ quoque denominari & Patrem vocari necesse est. Resp. Consequens, quoad illam partem, quod tota substantia Patris Filio sit communicata, non est absurdum, nec inde sequitur, Filium esse Patrem, quod ut intelligatur, sciendum Patris substantiam dupliciter spectari posse (α) *absolutè* (β) *sub ratione paternitatis*. Cum dicimus totam Patris substantiam Filio esse communicatam, priori modo eam sumimus, quâ ratione non sequitur, Filium esse Patrem.

(v) Epiph.
har. 69.

§.10. Denique Arius cum a seclis objecit: Si Christus est Dei Filius, ut generatio ejus nunquam ceperit, sequi, Filium æquè ac Patrem esse ingenitum, quod contradictionem implicat. vid. Arii Epist. ad Euseb. Nicomed. cujus meminit Epiphanius (v). Resp. N. C. Confunditur ingenitum & æternum, hoc saltem sequitur, Filium æquè ac Patrem æternum esse.

§.11. Adjiciendæ etiam & refutandæ essent blasphemix 1. Turcarum, qui Filium negant ex eo, quia Pater non habet uxorem. 2. Eunomianorum, quorum impia vox hæc erat: fuit tempus quo non fuit Pater. 3. Mich. Serveti, inquitentis: Si λόγος Filius erat natus ex Patre sine matre, dic mihi, (exhorresco referens) quomodo peperit eum, per ventrem an per latus. Sed parco piis auribus & confiteor cum orthodoxa Ecclesia, ex I. Joh. V. 20. quod Jesus Christus sit ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ἡ ζωὴ αἰώνιος, verus Deus & vita æterna.

IV.

Θέσις.

CHRISTUS satisfecit pro peccatis nostris.

§.1. Probamus hanc nostram sententiam h. m. Qui nos emundavit sanguine suo à peccatis, is etiam pro peccatis nostris satisfecit. Atqui Jesus Christus Filius Dei sanguine suo emundavit nos à peccatis. E. pro peccatis nostris satisfecit. Minor patet ex nostro dictô. Major probatur, quia sanguine

ne

ne Christi emundari importat per solutionem λύτρεσ, ipsum scilicet preciosissimum Christi sanguinem, cujus intuitu peccatorum remissionem à DEO accipimus.

§.2. Huic probationi jungere possumus plures alias similes & (α) quidem huc spectant loca, in quibus dicitur, Christum nos redemisse sanguine suo, animam suam vel seipsum pro nobis dedisse, hinc tale nascitur argumentum: Qui nos redemit sanguine suo, seipsum vel animam suam tradidit pro nobis, is satisfecit pro peccatis nostris. Christus. E. Maj. clara est, quia redimere sanguine suo importat non solum liberationem, sed & liberationis modum factum per solutionem alicujus λύτρεσ, consistentis in ipso sanguine ejusque effusione, & consequenter veram denotat satisfactionem, id quod etiam de alterâ phrasi tradere seipsum vel animam suam pro nobis, dicendum est. Minor probatur ex Actor. XX. ubi Christus dicitur acquisivisse Ecclesiam sanguine proprio. Actor. XX. 28. I. Petr. I. dicitur nos redemptos esse precioso sanguine Christi velut agni immaculati & incontaminati. I. Petr. I. 18. Matth. XX. Filius hominis venisse dicitur, ut daret animam suam redemptionem pro multis. Matth. XX. 28. Et I. Tim. II. semetipsum dedisse dicitur precium Redemptionis pro multis. I. Tim. II. 6.

§.3. Excipit hic Socinus (ξ) propriam quidem significationem verborum λύτρεσν, λύτρεσθ, & διπλολύτρεσν esse, (ξ) in prælect. Th. c. 19. redimere aliquem ex alicujus manibus pretio illi dato: Sed sacras literas metaphoricâ significatione uti solere, pro redemptione, ubi vel nullum prorsus, vel certè non verum precium intervenit. Probat suam sententiam inter alia ex locò Exod. XV. ubi Deus populum redemisse dicitur ex servitute Pharaonis, sed sine persoluto precio: & Moses dicitur populi liberator Actor. VII. sed sine precio aut λύτρεσω persoluto. Act. VII. 35. Quod autem in negotio redemptionis generis humani per Christum factæ intelligenda sit redemptio improprie dicta, quæ facta sit sine interveniente λύτρεσω seu precio, probare nititur Socinus (α) quod Moses, per quem Deus Israëliticum populum ex Ægyptiacâ servitute liberavit, & qui redemptor hujus populi dicitur, non persolverit λύτρεσν

λύτρον vel precium: idem vero Moses fuerit typus Christi Redemptoris generis humani. (β) quod significatio verbi redimendi scil. absque persoluto precio ita frequens fit in Sacris, ut propriae significationis locum obtinuerit. (γ) Quod in N. etiam Test. vox redemptionis & verb. redimere sumatur pro redemptione sine precio, e. g. Luc. I. 68. c. II. 38.

§. 4. Verum tanti roboris hæc non sunt, ut sententiam nostram evertere queant. Etsi enim concedimus, sacras literas verbo redimendi & voce redemptionis nonnunquam uti, ut significetur redemptio sine interveniente λύτρον vel preciò, non tamen sequitur, ita vocem hanc sumi etiam in allegatis locis, utpote quæ non solum agunt de ipsâ redemptione, sed & de redemptionis modò, & redemptionem ita factam esse significant, ut persolutum fuerit aliquod λύτρον, quod in iisdem locis etiam exprimitur, cum dicitur, Christum redemisse nos sanguine suo, seipsum vel animam suam pro nobis tradidisse: ut proinde diversa sit ratio aliorum locorum & illorum, in quibus ipsum redemptionis precium vel λύτρον exprimitur.

§. 5. Ad prob. 1. Resp. Posito, Mosen in redemptione populi Israëlitici fuisse typum Christi, tamen ratio typi nec potest, nec debet longius extendi, quam patitur antitypus clarè admodum in Scripturâ sacrâ descriptus: quare, si quicumque sequitur, hoc sequitur, Mosen fuisse typum Christi, quantum attinet liberationem populi Israëlitici ex servitute Ægyptiacâ, non autem quoad liberationis modum, id quod nec ipse Socinus diffiteri potuit, siquidem Christus redemit nos per mortem, per sanguinem, quod sanè de Mose dici non potest, quippe qui nec pro populo Israëlitico mortuus est, nec pro eò sanguinem effudit. Ad 2. Resp. N. C. posito verbum redimendi sæpissimè in Scripturis sumi, ut notet redemptionem sine precio vel λύτρον, tamen inde non sequitur, quod ita quoque debeat accipi in nostris locis, ubi λύτρον est expressum. Idem ad 3. Resp. Positò enim, quod in alleg. locis Luc. I. & II. vox redemptionis accipiatur pro redemptione sine persoluto λύτρον, de quò tamen adhuc dubitari

tari potest, tamen non sequitur, ita quoque accipi in illis locis, in quibus ita modus redemptionis exprimitur, ut *λύτρον* exprimatur. Plura circa hoc argumentum adferre, & quæ Socinus adducit, examinare, instituti ratio non patitur.

§. 6. Adjungimus (β) etiam probationem pro nostrâ sententia ex illis Scripturæ locis, in quibus Christus portasse dicitur peccata nostra, tulisse iniquitates nostras, ex quibus tale formari potest argumentum: *Qui portavit peccata hominum, vel, locò eorum sustinuit peccatorum pœnas, is pro peccatis hominum satisfecit. At qui Christus. & Major satis clara esse videtur, quia portare peccata, vel peccatorum pœnas sustinere nihil aliud est, quam pro peccatis satisfacere. Minor probatur ex Es. verè languores nostros ipse tulit &c. Joh. Christus dicitur agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Conf. I. Petr. II. 24. Socinus (o) excipit, locutionem hanc, portare peccatum significare quidem, peccati pœnas dare, & si hoc sensu dictum fuisset, Christum portare peccata, dicendum videri, Christum pœnas peccatorum sustinuisse & pro peccatis satisfecisse: verum addit hanc locutionem non semper id significare, sed interdum peccatum auferre, i.e. potissimum peccati pœnam, auferri autem dicit peccata & pœnas eorum aliâ etiam ratione, quam per satisfactionem. vid. d. l. Verum si vel maximè largiamur, ferre peccata interdum idem esse ac ea auferre, non tamen sequitur in alleg. LL. phrasin hanc ita esse accipiendam, ut nullam importet satisfactionem. Nam quod attinet loc. Es. LIII. non solum dicitur, Christum tulisse languores nostros &c. sed exprimitur etiam modus, quò portavit eos, quando dicitur Christum fuisse *percussum, plagis affectum*, quibus significatur, Christum in se recepisse peccata nostra, & pro illis passum & percussum esse, adeoque pro iis satisfecisse. In alterò loco Joh. licet non tam distinctè exprimatur modus portandi peccata, clarus tamen est ex aliis locis, maximè illis, ubi agni hujus sanguis pro nobis effusus dicitur. Similiter quid aliud est I. Petr. II. Christum pertulisse peccata nostra in corpore suo super lignum, quam Christum in cruce passum esse pro peccatis, adeoque pro illis satisfecisse?*

Es. LIII. 4.

Joh. I. 29.

(o) Socin. in

præl. Theol.

cap. 21.

R

Avli-

(π) Socin.
in pral. c.
15. seq.

§. 7. Socinus (π) existimat, peccata nostra coram Deo deleri absque satisfactione, tantum remissione vel condonatione simplici. Ad hoc prob. dicit (ι.) Deum jure peccata nobis condonare potuisse, nullâ verâ à quôquam pro ipsis satisfactione acceptâ. & ι. Non quæri, quid Deus potuerit, sed quid voluerit. Ponamus Deum potuisse hominibus peccata remittere sine satisfactione acceptâ, inde tamen inferre non licet, Deum id voluisse, cum voluntas ejus longè aliter nobis in Scriptura S. exponatur, Deum sc. nolle hominum misereri, nisi per & propter Christum Mediatorem ac Redemptorem. Sed neq; illud dubitatione caret, an DEUS absolutâ potestate peccata condonare potuerit nullâ accepta pro iis satisfactione. Probat quidem Socinus illud ex eô, quod peccata nostra nihil aliud sint, quam offensâ Majestatis divinæ: atqui nemo est, qui injurias sibi illatas summo jure condonare & remittere non queat, nulla pro ipsis satisfactione acceptâ. E. & DEUS jure potuit peccata nobis remittere sine satisfactione. Verum nulla in his est Conseq. Cum enim homines injurias sibi illatas condonant, per hoc nihil derogatur justitiæ, sed Magistratui vel Judici adhuc integrum est, imò incumbit, secundum præscriptum legis & justitiæ procedere cum eô, qui fecit injuriam: jam vero DEUS non solum est persona læsa, sed etiam supremus judex, cui justitiæ sua est id, quod Magistratui est præscriptum legis, unde, posito, quod injurias tanquam persona læsa possit condonare, non potest tamen ut supremus & justissimus judex, sicut Magistratus maleficum impunitum sine satisfactione dimittere nequit.

§. 8. Pergit Socinus, & peccata nostra coram Deo deleri sine satisfactione, probare nititur inde, quod Deus sine satisfactione peccata condonare voluerit. cap. 17. hoc autem probat (α) ex eô, quod Deus etiam ante Christi adventum, ab ipso fere orbis initio nullâ verâ satisfactione accepta, peccata condonare consueverit, quod inter alia probat exemplo Abelis. (β) quod post adventum Christi peccata condona-

verit

verit sine satisfactione, & adducit loc. Epist. Ebr. *Placatus ero Ebr. II X. 2.*
super injustitiis illorum, & iniquitatem illorum non recordabor. Ubi
 nulla mentio fit satisfactionis. *R.* Neg. quod Deus unquam
 voluerit peccata remittere sine satisfactione. Quod dicitur
 (α) Deum ante adventum Christi peccata remittere consue-
 visse sine satisfactione, huic audaci adserto opponimus lo-
 cum Act. ubi Petrus in Concil. Hierosol. ita ait: *Per gratiam Act. XV. 11.*
Domini Jesu Christi credimus nos salvos futuros, quemadmodum &
illi (in V. T.) Hæc gratia Christi autem in primis in eò po-
 sita fuit, ceu ex superioribus constat, quod pro nobis satis-
 fecit, (contrarium enim nondum probavit Socinus cum as-
 seclis.) Per eandem verò salvi facti dicuntur etiam in V. T.
 adeoque satisfactio Christi ad V. T. quoque sese extendit.
 Quod attinet exemplum Abelis, id nihil probat. Sane in
 ep. ad Ebr. dicitur, quod Abel DEO obtulerit hostiam præ- *Ebr. XI. 4.*
 stantiorē, quàm Cain & quidem *per fidem.* Hostia igitur
 Abelis hoc, quod præstantior fuit hostiâ Caini, habuit à fi-
 de, non ut actus est in se spectatus, sed potius ut spectatur
 ratione objecti, quod, (quicquid etiam contradicant Adver-
 sarii) non aliud est, quàm Christus cum merito & satisfactio-
 ne. Quod enim Socinus fidem Abelis in eò ponit, quod cre-
 diderit, DEUM se quærentium remuneratorem esse, ob eam-
 que causam ei obediverit, ut opera ejus fuerint justa, eò ni-
 hil proficit. Neque enim opera, utpote multis imperfectio-
 nibus contaminata, placare eum potuerunt, neque per hoc
 DEO gratior potuit esse, quod credidit, DEUM se quæren-
 tium remuneratorem esse, cum talis fides non nisi generalis
 sit, & in eos quoque cadat, qui DEO grati non sunt. Quod
 (β) porro ait Socinus, etiam post Christi adventum DEUM
 condonasse peccata sine satisfactione, idque probare niti-
 tur ex Ep. Ebr. nihil obtinet. Etsi enim in allegatis verbis
 expressa mentio non fit satisfactionis, sufficit tamen, quod
 ex aliis Scripturæ locis de ea sumus certissimi.

§. 9. Denique sententiam suam probat Socinus (γ) ex eò, (γ) *Socin.*
 quod satisfactio Christi sit ex eorum numero, quæ nulla *c. 18.*
 prorsus ratione fieri possunt, id quod probat (α) inde, quod

R²

pœna

pœna peccatis nostris debita fuerit mors æterna, quæ pœna corporalis est: corporales autem pœnas, ait, neminem pro altero pendere posse, cum mors unius corporisque ulla vexatio alterius fieri non possit. (β) Quod unusquisque nostrum propter peccata sua æternam mortem debuerit: unus autem non nisi unam mortem æternam solvere possit, necesse igitur fuisse, totidem invenire, qui mortem æternam subirent, quot nos sumus &c. Denique ait nihil esse iniquius, quam in fontem pro fontibus puniri, præsertim cum ipsi fontes adsunt, qui puniri possint &c.

§. 10. Falsum & verbo DE I clarissimo è diametrò contrarium est, satisfactionem Christi ex eorum numero esse, quæ nulla prorsus ratione fieri possunt & impossibilia sunt. Quod (α) ait Socinus, pœnam peccatis nostris debitam fuisse mortem æternam, id largimur: sed quod addit, hanc esse pœnam corporalem, respondetur non complecti mortem æternam tantum mortem vel cruciatus corporis, sed imprimis etiam ad animam spectare, cum involvat non solum privationem visionis beatificæ, sed etiam carentiam amoris & gaudii, quod aliàs fluit ex visione beatificâ. Quod porro ait Socinus, pœnas corporales neminem pro altero pendere posse, id eadem facilitate à nobis rejicitur, quâ à Socino adfertur. Dicit Socinus mortem unius non posse fieri mortem alterius. Resp. Physicè hoc verum est, sicut enim anima & corpus hujus non est anima & corpus illius: ita solutio hujus animæ ab hoc corpore, in quâ solutio mors consistit, non est solutio illius animæ à corpore illò, vel mors illius *physicè*: sed hoc non obstante, unius mors potest esse alterius *moraliter & per imputationem*, quando ea coram judiciò acceptatur, quasi alter eam fuisset passus.

§. 11. Ad secundum Resp. ad hoc, ut quis pro altero satisfaciatur, non requiri, ut patiatur idem specie, quod alter pati debuisse, sed sufficit, si patiatur aliquid, quod *ἀναλογία* seu proportionem ei respondeat. Nec etiam illud verum est, tot debuisse esse satisfactores, quot fuerunt peccatores, cum Christi obedientia & satisfactio non nudi fuerit hominis, sed

sed θεωνόπρωτος, adeoque infinitum habuerit & adhuc habeat valorem, ut ita unius mors, Christi sc. sufficiat, utpote infiniti valoris, nec necesse sit, ut nugatur Socinus, totidem invenire, qui mortem æternam subirent, quot nos sumus. Ad ultimum in promptu est responsio, iniquum est infontem pro fontibus puniri, nisi insons ipse ad satisfactionem sponte se offerat.

§. 12. Unicum adhuc quod Socinus adfert, adducemus, quando inquit: Christum nihil singulare habuisse aut passum esse, ex quo intelligi possit, eum satisfactionem vel peregrisse vel peragere ullâ ratione potuisse. R. Habuit C. ratione humanitatis vim patiendi, moriendi, sicut reapse etiam passus & mortuus est, habuit in se divinitatem, ut passio & mors non nudi fuerit hominis, sed θεωνόπρωτος & infinitum habuerit valorem, quid igitur obstat, quo minus pro hominibus, quorum causa passionem adeo acerbam & mortem subiit, satisfactionem præstiterit?

§. 13. Socinus (σ) Catech. Rac. Ostor. objiciunt, DEUM (σ) Socin. de remittere peccata per viscera misericordiae: non igitur per satisfactionem: Resp. Mirum est adeo cecos esse hos homines, ut non videant, ipsam Scripturam S. in justificatione & peccatorum remissione conjungere gratiam sive misericordiam Rom. III. DEI, & redemptionem, quæ est in Christo Jesu, quæ nihil est aliud, 24. quàm Christi satisfactio: non igitur hæc pugnant, sed redemptio & satisfactio Christi causa est, ut misericordiam suam DEUS peccatores complectatur & peccata illis remittat.

§. 14. Denique Socin. de Chr. Serv. & Catech. Rac. objiciunt, doctrinam nostram de satisfactione esse perniciosam, quia ad licentiam peccandi hominibus fenestram aperit, aut minimum in pietate eos desides reddit. Resp. tantum abest ut doctrina de satisfactione fenestram aperiat hominibus ad licentiam peccandi, aut desides eos in pietate reddat, ut incentivum potius sit ad sinceram pietatem atque sanctitatem. Per hanc ipsam enim satisfactionem erudimur, ut Tit. II. 12. abnegemus impietatem & mundanas concupiscentias, & ut sobriè, justè ac piè vivamus in presenti seculo. Hinc Petrus quando hortatur, 1. Petr. I. 17. 18. 19.

tur, ut in timore conversantes, incolatus nostri tempus transigamus, argumentum ab ipsa Christi satisfactione sumit, quando inquit: *Cum sciatis, vos non caducis rebus, velut argento & auro fuisse redemptos, sed pretioso sanguine, velut agni immaculati & incontaminati Christi.* Gravis etiam est vox Apostoli: *Christus pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, posthac non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est.*

V.

Θεός.

CHRISTUS Θεός Ἰσὼς & pro omnibus hominibus, non autem pro se satisfecit.

§. 1. Cum dicitur Christum pro omnibus hominibus satisfecisse, hominum nomine tum Protoplastos nostros peccato implicatos, tum eos, qui carnali modo ab illis descenderunt, descendunt, & adhuc descendunt, quique propter peccatum iræ & damnationi sunt obnoxii, intelligimus. Hi verò cum electi sint, vel reprobi, non est quaestio, an pro omnibus electis Christus satisfecerit, sed tam de reprobis, quàm electis sermo est. Non etiam id adseritur, quod ita pro omnibus satisfecerit, ut reapse etiam omnibus profit satisfactio, sed quod satisfactio in se spectata pro omnibus sit praestita: Meritò autem excipitur Christus, & negatur, eum pro se satisfecisse, quia ratione officii & satisfactionis spectatus ita describitur in sacris literis, ut ad nos homines respectum habeat, hinc dicitur *venisse in mundum, ut peccatores salvos faceret*: & nobis factus dicitur *sapientia à D E O, iustitiaeque & sanctificatio & redemptio.*

§. 2. Cæterum, quod Christus pro omnibus satisfecerit, probamus seqq. argumentis. 1. *Christus pro omnibus mortuus est.* Argum. *Pro quibus Christus mortuus, pro illis satisfecit. At qui pro omnibus mortuus est. E.* Non est quod hic Calviniani, qui particularitatem meriti & satisfactionis Christi defendunt, excipiant, Apostolum de solis electis loqui &c. utitur enim signò universalis: addit: *mortuum esse Christum pro omnibus, ut qui vivunt, intellige vitam naturalem vel animaleam,*
non

non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est; at verò Christo vivere non ad solos electos spectat. 2. Prob. ex illo Pauli: *Unus est mediator DEI & hominum, Homo Christus Jesus, I. Tim. II. qui dedit semetipsum precium redemptionis pro omnibus. Argum. 5. 6.* Qui pro omnibus seipsum dedit precium redemptionis, is pro omnibus satisfecit. Atqui Christus. E. Non est, quod dicant Adversarii, signum universale spectare tantum ad Electos, terminum enim, quem efficit hoc signum, exprimit Apostolus in vers. 4. cum ait: *DEUM omnes HOMINES salvos velle & ad agnitionem veritatis pervenire.* 3. prob. ex illo Joh. *Christus est I. Joh. II. 2. propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi peccatis. Argum. Qui per mortem suam est propitiatio pro peccatis totius mundi, is etiam pro toto mundo satisfecit. Atqui Christus. E.* Excipi solet ab Adversariis, per mundum non intelligi h. l. omnes & singulos homines, sed solos electos per totum mundum dispersos. Sed exceptio adversatur textui. Dicit enim Johannes: Christum pro totius mundi peccatis esse propitiationem: adversarii contra, Christum non pro totius mundi, sed tantum pro aliquarum ejus partium, electorum scil. peccatis propitiationem esse: hoc verò quid aliud est, quam ipsi Spiritui S. in faciem contradicere?

§. 3. Addimus 4. prob. ex Epistola Petri, quâ evincitur, *II. Petr. II. 1.* Christum non solum pro electis, sed etiam illis qui pereunt satisfecisse. Dicitur enim, quod mercatus sit etiam falsos doctores Christum abnegantes sibi que celerem interitum accersentes. Argum. *Quos mercatus est Christus, pro illis satisfecit: Atqui falsos Doctores, Christum abnegantes, sibi que celerem interitum accersentes, & sic reprobos pereuntes mercatus est Christus. E. pro illis quoque satisfecit, adeoque satisfactio ejus non ad solos electos spectat.* Excipere solent adversarii, Christum mercatum esse falsos doctores non in rei veritate, sed tantum *καὶ δόξαν*, quia dum versabantur in Ecclesia, ex eorum numero, qui per Christum sunt redempti, esse videbantur. Resp. Etsi non negamus, esse quædam Scriptura loca, quæ non possunt intelligi de ipsa rei veritate, sed tantum de opinione,

nione, tamen id vel ex ipsâ rei natura vel ex scopô alicujus loci vel aliunde constare debet, alias enim pro lubitu torqueri poterunt Scripturæ S. loca, eorumque certitudo enervabitur. At vero nihil causæ habent adversarii, cur hunc nostrum locum interpretentur tantum de opinione, repugnant enim textus & Apostoli scopus. Vult enim Apostolus falsorum Doctorum ingratitude exaggarare, & adducit maximum à Christo ipsis exhibitum beneficium, ut eo magis magnitudo ingratitude elucescat. Si vero adversariorum sententia locum invenit, nullum erit beneficium Christi, nulla ingratitude falsorum Doctorum.

§. 4. Denique pro nostra sententia adducimus etiam hoc argumentum: *Si Christus satisfecit tantum pro electis, non autem pro reprobis, adeoque non pro omnibus hominibus, sequitur, reprobos, quando condemnantur, non condemnari propter suam incredulitatem.* Conseq. est falsum. E. & Antec. Falsitas conseq. probatur ex dictis classicis: *Qui non crediderit, condemnabitur: it. Qui non credit, jam condemnatus est, quia non credit in nomen unigeniti Filii Dei.* Conseq. prob. Quia incredulus is dicitur, qui tenetur quidem aliquid credere, nempe pro se etiam passum & mortuum esse Christum, sed tamen id non credit. Jam si Christus pro reprobis non satisfecit, non tenentur credere Christum pro se etiam passum & mortuum esse, & conseqq. non sunt increduli, nec, quando damnantur, propter incredulitatem suam damnantur.

Αὐτὸς ἵνα ἑαυτὸν

§. 5. Universalitatem satisfactionis Christi impugnant Calviniani, & quidem pluribus argumentis, quorum nonnulla breviter attingemus. 1. *Pro quibus Christus satisfecit, illi Deo Patri sunt reconciliati. Reprobi Deo Patri non sunt reconciliati. E. pro reprobis non satisfecit.* Maj. clara est. Minorem probant, quia reconciliati Deo Patri pacem habent cum ipsô, sunt amici Dei, quod de reprobis & impiis dici nequit. R. Neg. minor. Oppositum docet Apostolus, cum ait: *Christum reconciliasse ambos (Judæos & Ethnicos) in uno corpore Deo per crucem.* Quis vero dixerit per Judæos & Ethnicos solos indi-

indigitari electos. Quod dicitur in probatione, reconcilia-
tos DEO Patri habere pacem cum eô, esse amicos ejus. Resp.
disting. inter reconciliationem *in se*, & eandem RATIONE
APPLICATIONIS spectatam: qui eandem sibi per fidem sa-
lutariter applicant, pacem habent cum DEO & sunt amici
DEI, quo non obstante, illi, qui, licet à Christo reconciliatio
& pax cum DEO illis acquisita sit, eam sibi per fidem non ap-
plicant, nec reconciliationis nec pacis & amicitia cum DEO
sunt participes.

§. 6. 2. argum. *Si Christus pro omnibus satisfecisset, satisfactio ejus omnibus annuntiaretur.* Conseq. est falsum. E. & Antec. Resp. N. C. Potest pro aliquo præstita esse satisfactio, ut tamen ei non innotuerit, nihilque de eâ ipsi annunciatum sit, quod patet exemplo captivi, pro quo persolutum esse potest ab alio redemptionis precium, & sic satisfactio præstita, licet de ea captivus nihil quicquam audiverit. Quid igitur constat, quo minus pro omnibus præstita à Christo possit esse satisfactio, licet non omnibus ea sit annunciata. Distinguant adversarii inter ipsam satisfactionem *in se*, & eandem quoad applicationem & salutarem fructum: ad hoc, ut quis satisfactionem sibi applicare & fructus ejus particeps fieri possit, requiritur, ut ipsi satisfactio innotuerit, non tamen ad satisfactionem *in se* spectatam. Excipi solet, frustraneam esse satisfactionem, si non annunciata fuerit. Resp. Neg. Id enim frustra esse dicitur, quod plane non assequitur finem, quod de satisfactione, ut non omnibus fuerit annunciata, dici nequit.

§. 7. Argum. 3. *Si Christus satisfecit pro omnibus, sequitur, quod satisfecerit etiam pro illis, qui tempore passionis sue fuerunt in locô damnationis.* Conseq. est absurdum. E. & Antec. Absurditas Conseq. patet, quia hi, qui tempore passionis Dominicæ fuerunt in locô damnationis, non potuerunt participes fieri fructus satisfactionis, frustra igitur pro illis satisfecisset. Resp. Conseq. non est absurdum: Est enim satisfactio, passio & mors Christi causa meritoria & impulsiva, cujus ea est ratio, ut vis ejus etiam ad præcedentia tempora

E

se

S


sefe extendat, ut nihil absurdi fit, vim hujus etiam causæ meritoria ad tempora præcedentia se extendere, & præstitam fuisse satisfactionem etiam pro illis, qui ante eam damnati fuere, ut per eam salvari potuissent, si eam tanquam adhuc futuram verâ fide apprehendissent sibi que applicassent. Quod dicitur eos, qui tempore passionis Dominicæ fuerunt damnati, non potuisse participes fieri fructus satisfactionis. Resp. Quatenus *actu* jam fuerunt damnati, verum est, quod participes non potuerint fieri fructus satisfactionis, verum à *negatione* fructus satisfactionis ad *negationem* ipsius satisfactionis consequentia non procedit.

II. Cor. V. 21. §. 8. Denique considerabimus argum. 4. ex Epistol. ad Cor. II. *Eum, qui non novit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia DEI per illum.* Hinc argumentantur. Pro quibus Christus satisfecit, illi facti sunt justitia DEI in Christo. Atqui non omnes homines facti sunt justitia DEI in Christo. Christus non pro omnibus satisfecit. Resp. cum dicit Apostolis, *ut efficeremur justitia DEI*, abstractum ponit pro concreto, atque per justitiam DEI intelligit justos coram DEO, & duo significat, (a) *Christum, qui non novit peccatum*, i. e. à peccatis planè immunis est, *factum esse à DEO pro nobis peccatum*, h. e. ut quidam exponunt, summum peccatorem per *imputationem* scil. nostrorum peccatorum, vel juxta alios, *victimam pro peccatis*, adeoque pro nobis satisfecisse. (β) *Finem satisfactionis vel victimæ Christi*, qui exprimitur his verbis: *ut efficeremur justitia per illum.* Jam facile patet Maj. falsam esse: Etsi enim Christus suâ satisfactione intendit hunc finem, ut omnes fierent coram DEO justis, non tamen sequitur, quod in omnibus, pro quibus satisfecit, eundem obtinuerit, & omnes factos esse justitiam DEI vel justos coram DEO, cum ab *intentione* finis ad ejusdem *consecutionem* N. V. C.

Possimus plura alia adversariorum argumenta adducere & examinare, sed instituti ratio, & quam nobis proposuimus, brevis id non permittit, quare hic pedem figimus, & dulcissimo nostro Salvatore tum pro innumeris aliis beneficiis, tum imprimis pro acerbissima passione ac morte, & pro

pro plenissima satisfactione pro nobis præstita devotas per-
 solvimus gratias, atque cum Augustino (τ) ad DEUM & Pa- (τ) *August.*
 trem Domini nostri JESU CHRISTI devotum hoc mit- *medit. c. 6.*
 timus suspirium: *Aspice pie Pater Filium pro me passum. Respice*
clementer Rex, quis patitur, & reminiscere benignus, pro quo
patitur. Vide Redemptoris supplicium, & re-
dempti dimitte delictum!

AMEN!



SI sanguis Domini totò præ-
 stantior orbe est,
 Splendoremque omnem vincit
 honore suo;
 Cur Tuus ille labor, Domini de
 sanguine, laudem
 Non ferat, atque alios vincat
 honore suo?

Gratul. ergo apponebat

Johannes Musæus
 D. & P. P.

Factet

S


Jacet Apellarum sua crebra la-
 vacra propago,
 Lustralesque crepet turba papa-
 lis aquas;
 Tu peccatorum sordes culpamque
 lavacri
 Christi sacrato sanguine ritè do-
 ces.
 Gratulor hos ausus, & honorum cul-
 mina, fructus
 Hinc domuique Dei mille Tibi-
 que precans.

Honoris ergo scrib.

Fridem. Bechmann
 D.P.P.

F I N I S.







Aug VII 20 (1)


ULB Halle 3
004 504 488


f
TA → 6L
neu 1+37 Stück verknüpft

VD 17

Z







2. D. B. V.
DISSERTATIO THEOLOGICA INAUGURALIS
Ad
Cap. I. I. Joh. Epist. v. 7.

4.
107
Quam,
Jussu Summè Reverendæ Facultatis Theologicæ
in Illustri Academia Salana,
SUB PRÆSIDIO
D N. FRIDEMANNI
BECHMANNI,
SS. THEOL. DOCTORIS EJUSDEMQUE PRO-
FESSORIS PUBLICI, ET HOC TEMPORE FACUL-
TATIS SUE DECANI,

Dn. Patroni atque Fautoris sui atatem devenerandi

PRO LICENTIA

Honores in SS. Theologia consequendi

DOCTORALES

Horis ante- & pomeridianis

publicæ Eruditorum ventilationi exponit,

M. CASPAR CHRISTOPHORUS

DAUDERSTADIUS,

DRESDENSIS MISNICUS, PASTOR ET SUPERIN-
TENDENS ECCARTIMONTANUS.

Ad d. Maji Anno cId Idc LXXIV.

JENÆ,

Typis SAMUELIS KREBSII.